

avons cru que cette publication pouvait être reprise avantageusement ici, vu qu'elle ne portait que sur quelques passages relatifs à des faits de guerre narrés dans notre manuscrit.

Pl. LEFEVRE, O. Praem.

*Ad futuram memoriam rerum maxime notabilium,
quae acciderunt sub regimine fratris Walteri Cha-
boteau, trigesimi abbatis Heylissemensis.* -:-

Defuncto Amplissimo Domino Delfalise, ultima octobris anni 1689 (1), vocatur Bruxellas conventus noster ad procedendum ad electionem novi praelati ; cui praefuerunt Ampl. D. D. Philippus Turcom, Parcensis abbas et Illust. D. Christzyn, Brabantiae cancellarius. Contigit haec electio 7^a decembris ejusdem anni, in qua electus fui in abbatem. 12^a februarii 1690 advenerunt litterae patentés a rege, in quibus praefata electio confirmata inveniebatur et pecunia, id est 1000 flor. levati ad interesse pro eisdem patentibus levandis (2).

Post paucos dies transtulli me Namurcum, installandus ab Ampl. D. Ignatio de Heest, praelato Floreffensi necnon monasterii Heylissemensis patre-abbate, qui propter excursionem hostium sive Gallorum ad nos venire detrectabat (3). Dominica *Laetare*, 5 martii installatus fui in ejus sacello ac beneficium infulationis accepi ab Illust. episcopo Namurcensi eadem die, ad parcendum expensis (4). In eadem civitate coactus fui residere usque ad mensem octobris apud charissimum Henricum Chaboteau, Consilii Namurcensis consiliarum, quia nobis tutum non erat morari in abbazia propter excursions Gallorum, qui indifferenter in captivitatem adducebant abbates et cujusvis conditionis viros, quantumvis solverent contributiones (5).

(1) Hugues Delfalise fut abbé d'Heylissem depuis 1688 à 1689, après avoir exercé les charges de circateur, de proviseur et de curé de Jandrain. Archiv. Génér. du Royaume à Brux., AGRB, *Archives ecclésiastiques*, reg. 8334, fol. 12.

(2) Walter Chaboteau entra à l'abbaye d'Heylissem vers 1660 et fut successivement curé à Perwez et à Tourinnes-lez-Ourdons. *Ibidem*, fol. 13. — Le dossier de son élection comme abbé se trouve dans la liasse 36 des archives du *Conseil d'Etat* aux AGRB.

(3) Ignace de Heest abbé de Florefe de 1686 à 1700. Barbier, *Histoire de l'abbaye de Florefe* t. I, p. 390. 2^e édition. Namur, 1892.

(4) Pierre Vandenberghe, 10^e évêque de Namur, de 1680 à 1695. N. Aigret, *Histoire de l'église et du chapitre de Saint Aubain à Namur*, p. 403-406. Namur, 1881.

(5) Les événements dont il est question ici et dans les notes suivantes sont presque tous des épisodes de la guerre dite de la Ligue d'Augsbourg (1688-1697),

15 decembris, media nocte, anni praefati, licet submisisset se abbatia nostra contributionibus quarum summam notabilem solveram ante paucas hebdomadas (1), conflagravit novum horreum plenum granis cum adjacentibus aedificiis usque ad domum ancillarum, quae eodem incendio cum reliquis quae stant ab eadem parte fuisset involuta nisi summa cum diligentia occursum fuisset. Contigit autem hoc incendium per marchionem de Bousfloers, Gallorum ducem, qui similiter ignem immiserat in spicarium nostrum, plenum fascibus et lignis et nonnullis granis, sed per Dei misericordiam nefarius illius conatus non successit, alias domum abbatialem cum annexis aedificiis et templo conflagrare necesse erat; sed et partem mobilium spoliarunt.

Eodem anno, mense octobri, visitavi monasterium Langwadense in qualitate patris-abbatis, in quo aliquos exiguos defectus reformare conatus fui, et successit, Deo adjuvante (2).

Eodem die magna pars utrumque Heylisseem exusta est ab eisdem cum mola nostra inferioris Heylisseem, reparata pro 300 imperialibus.

Eodem anno, mense maii, castrametatus est exercitus confœderatorum in vicina nostra et dux eorum, princeps de Waldeck, hospitatus in abbatia ac tota ejus aula per octo dies, ac per hanc occasionem omnes fere villici circumvicini grana sua amiserunt, cum ingenti nostro praejudicio.

Eodem anno, 1^a julii, commissus est conflictus in campo

dans laquelle Louis XIV marcha contre l'Europe toute entière. Dans les Pays-Bas ce fut une guerre de sièges. Le maréchal de Luxembourg se trouvait à la tête des armées françaises, le prince de Waldeck à la tête des bandes allemandes. Les français obtinrent de brillantes victoires : à Fleurus, en 1690, sur les Allemands, à Steenkerke en 1692 et à Neerwinden en 1693 sur Guillaume d'Orange. Ils connurent également des revers, entre autres la perte de la place forte de Namur où ils s'étaient fixés en 1692 et dont ils furent chassés par les anglais en 1695. La guerre se termina par des concessions mutuelles, conclues à la paix de Ryswick en 1697. — Le frère de l'abbé Chaboteau, dont il est question ici, est commémoré au 13 juillet dans le nécrologe d'Heylisseem : *Com. clarissimi domini Henrici Chaboteau, fratris Amplissimi nostri, domini temporalis de Romeignée, necnon Namurci et Mechliniae consilarii regii. Obiit anno 1707.* AGRB, *Arch. ecclés.*, rég. 9090.

(1) Voir au sujet de ces contributions AGRB, *Arch. ecclés.*, dossier n° 8927.

(2) Langwaden, prieuré de moniales norbertines, fondé d'abord à Coppelael, près d'Heylisseem et transféré à Langwaden, en Allemagne, vers 1156. Ch. Hugo, *Sacri et canonici ordinis Praemonstratensis annales*, t. II, col. 39. Nancy, 1736. — Au sujet de ce prieuré voir plusieurs documents aux AGRB, *Archiv. ecclés.* n° 8379.

Flerucensi in quo per totam fere diem certatum est ; confœderati, nimio numero oppressi, terga verterunt, quod initium fuère malorum subsequentium.

1691.

Defuncto R. Jacobo Tilmans, praeposito Langwadensi (1), in ejus locum substitui R. D. Ignatium de Witte (2), annuens desideriis monachalium praetendentium habere se jus electionis. Institi et publico in capitulo protestatus sum me non in virtute electionis sed ex plenaria nostra potestate concessisse praefatum d. de Witte, idque in praesentia carissimi fratris mei uterini, D. Roberti Bucler, abbatiae Villariensis prioris (3) et nonnullorum aliorum praeclarorum vivorum.

Hoc eodem anno magna pars agrorum villicorum nostrorum, tam per grandines insolitae molis quam per militum transitus, est devastata adeo ut modica grana nobis sint tradita.

1692.

Obessa est a Gallis civitas Namurcensis, ipso die Pentecostes, et hac occasione iterum exulare coactus sum prae timore captivitatis ; insuper major pars agriculturae nostrae depasta est ab exercitu nostro, tendenti ad solvendam, sed frustra, praefatam obsidionem. Accidit etiam quod omnia bona abbatiae nostrae sita in Gallo-Brabantia omnino destructa fuerint ; quae autem circa Thenas et in Haglandia sita sunt, praesertim prata, per idem tempus exercitu nostro et in reditu et per reliquum aestatis sunt exesa.

1693.

Circa finem Junii castrametatus est dux Lutzemburgicus cum exercitu 100.000 hominum circumcirca abbatiam nostram, in qua et hospitatus idem dux per 10 dies, cum destructione omnium omnino tam granorum nostrorum quam villicorum, nullo reservato ; praeterea cum silvae nostrae inter duas acies exercitus jacerent, infinitas quercus et omnia fere ligna caedrina absciderunt, ita ut

(1) Jacques Tilmans mourut le 25 mars 1691 à l'âge de 53 ans, après avoir exercé la charge prévôtale pendant dix-neuf ans. ABGR, *Archiv. ecclés.*, reg. 8334, fol. 13.

(2) Ignace de Witte, natif de Langwaden fut vicaire chez les sœurs puis cellier et prieur à Heylissem. Il devint prévôt le 5 mai 1691 et mourut le 13 novembre 1722. *Ibidem*, fol. 4 et 7v°.

(3) Robert Bucler ou Burlen, prieur de Villers, était né à Bouvines en 1632, entra à Villers en 1651 et mourut le 2 août 1704. ABGR, *Archiv. ecclés.*, reg. 10970 : Nécrologe de Villers.

damnum ab intelligentibus aestimaretur ad 100.000 florenorum. Idem quoque accidit circa silvas nostras de Stoquoies, Taniers, Brevau et Simonis de Brou.

29 julii iterum commissum est praelium inter confœderatos et Gallos a medio quintae matutinae usque ad secundam postmeridianam, in quo iterum succubere nostri ac fugam inire coacti sunt ac victoria mansit penes Gallos, sed infausta ac cruenta, cum internecione viginti circiter millia hominum, inter quos multi primores et duces exercitus occubuerunt. Contigit hic conflictus in Nederwinde et pagis vicinis, nobis spectantibus, qui extremae miseriae nostrae causa fuit. Si quidem contigit spoliari ab hispanis quinque gallos ante portam nostram inferiorem, eorumque equos abduci, quos licet parvi vel nullius valoris essent solvere coacti sumus per 500 imperiales. Praeterea eodem tempore spoliatus fuit currus comitis de Nassau in exercitu Gallorum militantis, qui a nobis et equorum valorem et eorum quae curru continebantur exegit et solvere debuimus.

Tandem 14 augusti, ex mandato ducis Lutzemburgici spoliatio monasterii evenit, eaque ad duos dies sequentes continuata, tanta cum inhumanitate ut quotquot confratres in manus illorum inciderunt penitus nudi usque ad carnem sint exuti, quorum plerique inter stramina latitantes, quo nuditatem suam absconderent, iterum se producere nudos coacti sunt a nebulonibus, propter enses quos punctim in eorum corpora stringebant. Et unum quidem ex illis in tali statu existentem posuere super summum altare, quem etiam per genuflexiones et per risum adorabant, monentes ut per actum contritionis ad mortem se disponeret; acceptis diversis vulneribus manus eorum evasit. Alterum confratrem, septuaginta quatuor annorum, non minori habuerunt ludibrio, quem pariter ad cutem denudatum, choralis cappo indutum, minis jusserunt canere *Salve Regina* ac sclopetorum rumore perstreptentes et diversis ensium puncturis lacinatum abire permiserunt; qui paucas tandem post septimanas vita excessit, uti et tres alii quos Omnipotens habeat in sua sancta pace. Tandem ablatis omnibus pecoribus, equis, vaccis, porcis, volatilibus, confratrum vestibus ac eorum uti et totius abbatae lineis, ecclesiae ornamentis, stanneis et argenteis vasibus, lectis, stragulis, omnes confratres dilapsi sunt palentes, nudi, sine pera et calceamentis, exceptis iis qui vestes lineas a rusticis emendicare sunt coacti.

Post aliquot septimanas ad monasterium revertuntur aliqui sed pauci confratres, divinum officium peracturi, in angustiis et

summa rerum omnium penuria viventes, deficientibus necessariis ad vitam ordinariam ducenda et quia paupertas species est leprae, ab omnibus qui antea nos suspiciebant deserti fuimus et si quae debita platealia habebamus a nobis implacabiliter exigebantur, ac lites innumerae intentatae nobis fuissent si per pecunias mutuo et ad interesse levatas iis non satisfacissemus. Pro cumulo miseriarum factum est ut terrae nostrae, defectu equorum, magna ex parte incultae manserint et si quas excoluimus paucos vel fere nullos fructus produxere, quia non debito tempore et accedente hieme fuerunt seminatae. Idcirco messis sequentis anni ita fuit modica ut grana necessaria ad seminandum vix suffecerint; propterea per biennium quae necessaria fuerunt pro pane et potu debuimus nobis comparare, idque pretio exorbitante. Quod de terris agriculturae nostrae superius dictum est, id quoque intelligendum de colonis nostris, qui vel deseruerunt vel deficientibus viribus terras non coluerunt, qui etiam trium vel quatuor annorum nihil vel valde modicum dedere. Erat ergo videre miseriam quae tanta fuit ut paucos fratres domi retinere potuerimus, reliquis vel ad parentes vel ad diversa ordinis monasteria migrantibus. Ego vero fere per annum Lovanii exulavi id est usque ad messem anni 1694 quae iterum ita exigua fuit, ut ultra quae sata fuerunt ad tres tantum menses provisionem subministrabant, colonis interim nihil omnino subministrantibus propter castrorum metationem primo circa Haglandiam per duos fere menses et de post circa Boneffiam et Perwetum, sicque omnes segetes vel comestae fuerunt vel conculcatae. Circa hujus anni autumnum ac deinceps, tanta fuit hominum ac pecorum mortalitas, praesertim in pagis vicinis campo in quo conflictus supradictus contigit, ut in nonnullis locis duo tresve tantum incolae hunc luem evaserint, quae contigit partim ex aeris infectione propter cadaverum insepultorum faectorem intollerabilem, partim ex defectu alimentorum et aliis miseriis quae praelia et conflictus ac exercitus metationem solent comitari et subsequi (1).

1695.

1^a Julii obsessa est civitas Namurcensis ab confœderatis eademque 1^a septembris cum castro reversa est in potestatem regis nostri catholici, eaque propugnata fuit a Gallis summa cum resistentia, munita nimirum castellis exterioribus arte et natura, accedentibus 15000 militibus praesidiariis, quibus praeerant in arte militari cla-

(1) L'abbaye dut emprunter une somme de 25.000 flor. pour couvrir les dégats à ses récoltes. AGRB, Arch. ecclés., dossier n° 8941.

rissimi duces. Sed invicta nostrorum, praesertim Anglorum oppugnantium intrepiditas, haec omnia perfregit obstacula elusitque regis Galliae 100.000 hominum conatus, praetendentium obsidentium castra irrumpere solvereque obsidionem, qui etiam summa cum velocitate et rubore Gallias repetere coacti sunt, ex praesidiariis vero 5.000 tantum salvi et incolumes civitate sunt egressi.

Sed et haec obsidio, quantumvis bono publico utilissima, abbatiae nostrae fuit iterum pernicio. Quidem Gallorum exercitu circa Perwetum castrametante, emissi sunt 3000 milites ad abbatiam nostram et illam spoliare iterum, majori tamen rusticorum quam castra ac fugam postridie capessere, alioqui iterum quod apud nos salvaverant. Casu et bona fortuna nostra contigit hostes solvere castra ac fugam postridie capessere, alioqui iterum quod apud nos erat et granorum tam excussorum quam in paleis existentium spoliare erat in animo.

Causam tam infensi illorum in nos animi hic paucis attingere posteris utile est et scriptis mandare. Gallorum exercitu in agris nostris et circumvicinis castrametante, ut supra insinuatum est, contigit partem praesidiorum civitatis Leodiensis ad nostrum exercitum pergere, quod ubi rescivit dux Lutzeburgicus, illos adoriri statuit, detractisque ex suo exercitu 12.000 equitum ad illos properat. Sed comes de Tilly, praefatorum praesidiariorum dux, praemonitus, honesta fuga se conatibus Lutzeburgici substraxit et sic ejus molimina effugit feliciter, amisso tamen parvi sui exercitus apparatu. Lutzeburgicus itaque videns se delusum cum rubore ad castra sua revertitur, causamque vanae suae et inutilis expeditionis in nos rejecit, illumque ab uno ex nostris detectum fuisse sibi persuaserit ac reliquis exercitus magnatibus utrum vanus fuit ejus praetextus sed proprie verus pretextus spoliandi monasterium, quem noverat innumeris mobilibus refertum tam nostrorum quam aliorum, ut hac ratione exercitum pene attritum et tanta clade affectum recrearet ac solaretur.

Revertendum igitur, post hanc digressionem, ad ea quae hoc anno acciderunt.

Provisor itaque noster, cum ad castra pergeret cum aliquibus minusculis, quibus animum ducis De Villeroi demulceret, odii Lutzeburgici in nos haeres, incidit in manus 5 nebulonum Gallorum, quem alligant ad arborem per aliquot horas, mortem intentant, fere nudum exuunt, chlamidem auferunt et equum, quem tamen restituere mediantibus duabus pistollis.

Ut tandem iis quae de superioribus annis hactenus dicta sunt

coronidem imponamus, prostrarum miseriarum incremento contigit a nobis per hostes contributiones exorbitantes extorqueri, si quidem bellis anterioribus contributio tolerabilis existeret, quae nunquam 800 florenos annuatim excessit, hujus vero belli, quod anno 1689 sumpsit initium, ad summam 2500 florenorum quotannis ascendit et hac ratione et propter alias miseras superius enarratas coacti fuimus gravare monasterium multo cæro alineo, alias monasterium periculo extremi incendii erat expositum vel penitus erat deserendum.

Sed per Dei misericordiam, qui non patitur suos tentari supra id quod possunt, sed dat illis cum tentatione proventum, factum est me ad deputationem Ordinum Brabantiae assumi, quod non modicum calamitatis nostrae futurum est sublevamen, si annorum sex terminos complere a Domino Deo datum fuerit. Igitur 19 octobris 1695 convenere Bruxellas Illustrissimi domini Mechliniensis et Antverpiensis ac omnes abbates quibus electionis jus competeat, exceptis tamen duobus, et una voce dempta in deputatum sum electus, annum aetatis 38 nunc agens. Accidit feliciter quod electionis nostrae tempore statuum congregatio in Parcensi refugio haberetur, et ab amplissimo ejusdem cœnobii abbate praefatum refugium conduximus cum mobilibus ad sexennium, annue pro 500 florenis ; unde factum est ut a rheda abstinuerim, quod non modicum restaurationi nostrarum miseriarum conferet emolumentum. Causa vero ob quam in praefato loco Ordinum facta est congregatio haec fuit : si quidem confœderatis civitatem Namurcensem obsidentibus, Galli ad quinque cœdium millia et amplius bombis solo aequarunt, adeo ut medium urbis non esset aliud quam congeries lapidum ac domus civica iisdem ruinis oppressa fuit (1).

5^a Junii hujus anni interfui infulationi Ampl. D. Tongerloensis Antwerpiae, per modum assistentis, cum Ampl. D. Sancti Michaëlis et a praefato Tongerloensi pro honorario accepi duo candelabra argentea (2).

(1) Ce refuge était le bâtiment actuel de la poste, situé à l'angle de la Montagne du Parc et de la rue de la Chancellerie. Comme le dit le chroniqueur, c'est là que les Etats s'assemblèrent depuis le bombardement de Bruxelles par Ville-roi et déposèrent leurs archives. A. Henne et A. Wauters, *Histoire de la ville de Bruxelles*, t. III, p. 295. Bruxelles, 1845.

(2) L'abbé de Tongerlo en question était Grégoire de Piëra qui gouverna de 1695 à 1723. W. Van Spilbeeck, *De abdij van Tongerlo*, p. 511-526. Liège, 1888. — L'abbé de Saint-Michel est Chrysostome Teniers, qui gouverna de 1686 à 1709. A. Sanderus, *Chorographia Sacra Brabantiae*, t. I, p. 109. La Haye, 1726.

5^a decembris ejusdem anni commissio data est mihi a Rege visitandi abbatiam Floreffienssem (1).

8^a ejusdem mensis adstiti infulationi Ampl. abbatis Bernensis cum Ampl. D. praelato Grimbergensi, vicario generali, et contingit in capella Illustr. Archiepiscopi Mechliniensis (2).

1696.

12^a februarii interfui tamquam assistens consecrationi Ampl. D. abbatis Laubiensis, ordinis Sancti Benedicti, quae facta est in capella Illustr. archiepiscopi Mechliniensis (3).

1697.

Tandem, annuente Dei gratia, pax inita est 20^a septembris, magno totius Europae bono, et per hunc tractatum abolitae exutraque parte omnes contributiones et earum postergata ut et ab Illustrissimis Brabantiae Ordinibus omnes talliae usque ad annum 1697 exclusive, quod tandem huc usque habuit locum erga pagos (4).

1698.

8^a martii ex commissione Regis interfui electioni novi abbatis Ninoviensis, cum Illustr. D. Voortspoel a secreto Consilio et D. Galvau ejusdem secretario (5).

Eodem anno acquisivi 6 magnas virgatas silvae, 48-12, idque ab haeredibus Du Perrou.

1699.

Nota quod ad nos venit quidam Paschalis David cum uxore sua, Maria Rega, utrique jam vetuli et improbes, qui nobis crearunt 400 florenos annue super omnia bona sua, cum hac adjectione quod a die contractus initi possemus omnimodam bonorum suorum administrationem suscipere. Haec bona vero consistunt in villa jacente in Orpio parvo, continenti domum, horreum, stabulum, caulas ovium et curtem 4 bonariorum adjacentem et 74 bonaria terrae arabilis.

(1) Sur cette visite, voir V. Barbier, *Histoire de l'abbaye de Florette*, t. I, p. 392. Namur, 1892.

(2) L'abbé de Berne, dont il s'agit, était Norbert de Jode qui gouverna de 1694 à 1705. C. L. Hugo, o. c., t. I, col. 335. — L'abbé de Grimbergen, Josse Bassery, gouverna de 1692 à 1698. A. Sanderus, o. c., p. 150.

(3) L'abbé en question s'appelait Augustin Jonnaux qui gouverna Lobbe depuis 1696 à 1707. Vos, *Lobbe, son abbaye et son chapitre*, t. II, p. 319-320. Louvain, 1865.

(4) Paix de Ryswick, 1697.

(5) L'abbé de Ninove élu était Charles Charité qui gouverna son abbaye de 1698 à 1701. A. Sanderus, *Flandria Illustrata*, t. III, p. 191. La Haye, 1732.

Item in altera villa sita in Perwez prope Leeweas, continente 15 circiter bonaria cum aedibus, stabulis et horreo necessario. Item 5 circiter bonaria in Authgaerde. Secum adduxerunt 4 equos cum 6 vaccis et porcis plerisque; cesserunt omnia grana jam seminata cum onere illis praebendi omnia necessaria quoad vixerint. Nota vero quod praefata villa de Orpio parvo sit gravata redditibus qui, exceptis 7 modiis siliginis haereditariis et censibus, refundi possent, unde de facto redeminus 95 florenos annuos erga dominum temporalem ejusdem loci, tantumdem adhuc affectis supra eandem villam. Item debet adhuc 45 flor. cuidam domicellae Rouvroir canonissae in Andenne. Item capitulo S. Gudulae Bruxellis 12 halstaria affecta super 9 bonariis. Item abbatiae Gemblacensi 5 florenos affectos super 3 bonaria. Item acquisivi a Laurentio Naveau 11 virgatas magnas silvae prope silvam nostram de Rollene, pro 60 flor. Item a Joanne Rengium 7 virgatas magnas terrae sitas et junctas silvae de Crumene inferius, superius et versus Mosam 3 nostris bonariis versus Lovanium pastori Opheylissem pro 48 floren. procedentibus ex refusione capitalis 3 flor. ex parte viduae magni Aegidii ex Hamteau qui reditus erat redimibilis.

Item a villico nostro Visschenet in Stoquoie 3 1/2 bonaria terrae sita inter terras collinae nostrae, ibidem ab ipso acquisita a vidua Kinnet ex Molembasio Sancti Petri; eadem bonaria nobis cessit loco vini soliti dari in renovatione elocationis.

Nota quod tempore deputationis obtinuerim a Consilio Finantiarum deputationem seu remissionem 1800 floren. quos regi debebamus pro subsidiis et impositis plurium annorum.

Demum anno 1698, illustrissimi deputati diviserunt iterum 1900 floren. restantes ex talliis et aliis oneribus publicis, idque ad annum 1697 inclusive, ita ut jam restet solvendus annus 1698.

Haec est autem pertinens deputatorum nobis factarum specificatio.

	29 martii 1695	—	1781-0
It.	1 julii 1697	—	550-0
It.	12 decembris	—	2369-18

Tempore vero deputationis usque ad praefatum 12 diem decembris solvi ex meis vacationibus receptori Lovaniensi 1200 fl.

Item acquisivi a Vriesert domino de Puercum 6 virgatas magnas silvae adjacentis silvae nostrae, vulgo La Grande Sart, pro 36 flor.

Nota quod pro majori animarum salute et confratris cohabitantis D. pastori de Wersbeek solatio, qui quidem vicarius ad magnum milliare excurrere debebat ad ecclesiam de Thiel-Sancti-Mar-

tinii, tam ad celebrandum diebus dominicis ac festivis, necnon ad administrandum sacramenta, etiam nocte intempesta, tempore brumali, unde fiebat quod interdum aliqui morerentur sine sacramentis, propter locorum distantiam et angustias temporis; ad ergo vitandum haec inconvenientia cessi omnem decimam nostram ibidem, ac insuper emi 3 bonaria tam terrae quam prati, pretio 500 flor. Domum ibidem jam ab aliquot annis aedificatam, et per bella multum deformatam, in meliorem statum redegit confrater noster Fredericus Adams; illam inhabitare caepit hoc anno 1699. 1701 persolvi reliquos 250 flor. (1).

1700.

28^a junii, ex commissione Illustr. Generalis, ivi ad monasterium Sancti Gerlaci cum Ampl. D. Tongerloensi, ibidem informaturi de vita et regimine praepositi. Post litem intentam per quatuordecim dies, conventum est tandem quod praefatus praepositus infra sesquiannum cederet officio, consensitque in electionem coadjutoris, et per pluralitatem votorum electus fuit confrater noster Fr. Van Couwenberg, S. Th. lic., necnon collegii praemonstratensis Lovanii praeses (2).

13^a augusti commissus fui a Rege ad excipienda suffragia confratrum Floreffiensium, idque cum comite de Bruway, gubernatori Namurcensi et praeside Consilii Namurcensis. A Rege vero denominatus fuit R. D. De la Perle, magister in Wanse, prope Huium (3).

3^a octobris, quae erat dedicatio ecclesiae nostrae, Illustr. episcopus Porphiriae, Summi Pontificis sacrista, summam missam pontificaliter celebravit, praesentibus pluribus abbatibus.

1701.

Mense julio, iterum profectus sum in Sanctum Gerlacum cum Ampl. D. Tongerloensi, ex nova commissione Illustr. D. Generalis, Ampl. D. Belli Reditus et Leffiensi. Praepositus tandem cessit loco impositurus finem difficultatibus ejusdem loci et intervenientibus

(1) Frédéric Adams fut successivement vicaire à Wersbeek, premier curé à Thielt, puis curé à Glabbeek en 1717. En 1719 il retourna à l'abbaye pour y devenir cellérier mais fut nommé, dès l'année suivante curé à Wersbeek. Il mourut à Heylissem le 10 décembre 1735 après avoir résigné sa cure. AGRB, *Archiv. ecclés.*, reg. 8334, fol. 16.

(2) François Van Cauwenberg, de Tirlemont, fut successivement professeur de théologie et de philosophie à Heylissem, curé à Wevelincourt, président du collège des prémontrés à Louvain et prévôt de Saint-Gerlac en 1701. Il mourut le 25 février 1718 à l'âge de cinquante-cinq ans. *Ibidem*, fol. 15.

(3) Cette élection eut lieu du 17 au 18 août. L'abbé Bernard de la Perle gouverna de 1701 à 1718. Barbier, *o. c.*, p. 398 et sv.

et iisdem abbatibus et me presentibus installatus fuit R. D. Couwenberg ab Ampl. D. Tongerloensi (1).

6^a octobris, finito fere termino deputationis nostrae, iterum assumptus fui in deputatum per votorum pluralitatem pro sex annorum termino. Sit Deo laus, qui rogandus ut tantum det vitae quo possim succurrere abbatae nostrae, aere alieno laboranti.

31^a octobris, tandem convenimus cum Illustr. episcopo Namurcensi, praesente ejus vicariatu, super litem valde dispendiosam super pastorum de Jacea, quem regularem esse contendebamus, aliis contrarium sustinentibus. Compositio ita facta est ad redimendam vexam, nimirum quod Illustr. episcopus cum suo vicariatu incorporaverit in perpetuum praefatum pastorum mensae abbatali, cum unione sex vel septem beneficiorum satis pinguum, ea conditione tamen quod capitale ducentorum flor. in favorem seminarii episcopalis numeraremus, quod et eodem die factum, hoc per precautionem adjecto quod si aliquando pastorum Ordinis nostri per Summum Pontificem saecularisarentur, eo casu praefatum seminarium dictam summam capitalem refundere, vel redditum ad ratam ducentorum florenorum nobis quotannis persolvere teneatur. Primus pastor in Jacea institutus est ex cellario frater Jacobus de Loen (2).

30^a decembris 1701 fui iterum commissus a Rege ad recipienda suffragia confratrum Ninoviensium, idque comitante D. Voorspoel, de secretioris Consilii (3).

Nota quod spatio sex annorum deputationis exposuerim ex stipendio regio 21.801 flor., ultra proprias expensas, uti patet legenti hoc manuale usque ad mensem novembris 1701.

1702.

Mense junii installavi Ampl. D. De Bruyn in abbatem Parcen-

(1) L'abbé de Tongerlo, dont il est question ici était Grégoire de Piëra, voir p. 388, note 2. — L'abbé de Beaurepart s'appelait Pierre-Alexandre de Falloize, qui gouverna de 1695 à 1706. J. Daris, *Notices sur les églises du diocèse de Liège*, t. IV, 2^e partie, p. 17. Liège 1871. — L'abbé de Leffe, Pierre Lefebvre, gouverna de 1672 à 1704. U. Berlière, *Monasticon Belge*, t. I, p. 129. Namur, 1890-1897.

(2) Au sujet de ce procès voir AGRB, *Archiv. ecclés.*, n° 9050. — L'évêque de Namur, dont il est question, était Ferdinand, comte de Berlo de Brus, qui administra son diocèse de 1696 à 1725. A. Aigret, o. c., p. 406-410. — Jacques Van Loon, religieux d'Heylissem fut successivement curé à Berwez depuis 1694, cellérier conventuel depuis 1697, premier curé de Jauche en 1701 et curé à Pellaines en 1709. Il mourut le 14 août 1729. AGRB, *Archiv. ecclés.*, reg. 8334, fol. 15v°.

(3) L'abbé élu à Ninove était Denys Freysers, qui gouverna de 1702 à 1712. A. Sanderus, *Flandria illustrata*, t. III, p. 191. La Haye, 1732.

sem et postridie eidem astiti in ejus inauguratione Mechliniae (1).
1704.

2^a februarii, quantum assistens adfui infulationi Ampl. D. Gerardimontis, quae facta est in capella Illustr. Archiepiscopi Mechliniensis, coassistente Ampl. D. abbate Bernensi (2).

Item 9^a novembris 1704 astiti installationi Ampl. D. abbatis Eenamensis, Ordinis Sancti Benedicti. Item astiti infulationi Ampl. D. abbatis Eenamensis in Flandria, prope Alderundam (3). Item abbatis Frigidimontis, Bruxellis, infulationi (4).

Nota quod anno 1705 obtinuerim a dominis deputatis moderationem in talliis, quod hactenus nulli fuit consensus pro tribus annis 1703, 4, 5, pro singulis ex his tribus 234 flor., importans summam 702 flor., poculi vero in quadrantem 150 flor. pro anno 1705 et importae 150 flor. quae omnia continent 1052.

1709.

Restauratio villae de Majori Cappendael, quae olim destructa fuerat usque ad fundamentum. Hoc anno resumpsimus structuram aedificiorum Majoris Cappendael, ubi jam ab aliquot annis (anni 1698) insigna horreum, stabula necnon civilia cum domo braxatoria ex cocto latere jam fuerant aedificata. Hoc autem anno, destructo antiquo sacello, quod ruinam minabatur, alium domui contiguum extruximus, necnon columbarium supra majorem portam fuit collocatum. Nota quod praefatum sacellum cum novo columbario in totum, tam pro tegumento quam opera manuum et calce, constituerunt 300-8. et quod in hac summa 300 flor. contineantur expensae factae in 80.000 laterum et pavementorum, applicandorum ad extractionem domus ; isti vero lateres constiterunt, tam pro confectoribus quam hullis et carbonibus, 192 flor. 14 stuf (5).

(1) Paul de Bruyn succéda à Van Tuycom comme abbé du Parc et gouverna jusqu'en 1719. R. Van Waefelghem, *Le Nécrologe de l'abbaye de Parc*, p. 65-66. Bruxelles, s. d.

(2) L'abbé élu était Ghislain Coucke, qui gouverna jusqu'en 1713. A. Sanderus, *Fland. Illustr.*, t. III, p. 176. — L'abbé de Berne était Norbert de Jode, dont il a été question plus haut.

(3) L'abbé d'Eenam élu était Englebert de Busleyden qui gouverna jusqu'en 1709. A. Sanderus, *Flandria illustr.*, t. III, p. 165.

(4) Le prévôt de Caudenberg dont il s'agit était Thomas Bernaerts qui gouverna jusqu'en 1720. P. Lefèvre, *Les chanoines de Caudenberg à Bruxelles*, p. 16 (Extrait des *Bijdragen tot de Geschiedenis bijzonderlijk van het aloude Heretogdom Brabant*, 1907).

(5) Une description de la ferme de Chapeauveau en 1730 se trouve au n° 8598 des AGRB, *Archiv. ecclés.*